

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Henr. Ioh. Nepom. Crantz S.C.A. Maiestat. Consiliar.
Institut. Med. Et Mater. Medic. Vindob. Profes. Pub. Ord.
Acad. Imp. Nat. Curios. Et Societ. Botan. Flor. Sodal.
Materiæ Medicæ Et Chirurgicæ ...**

Crantz, Heinrich Johann Nepomuk

[Wien], 1765

Ex Animalibus.

urn:nbn:de:gbv:45:1-10189

EX ANIMALIBUS.

FORMICÆ *Off. Entomologorum.* Classis Naturalis Insectorum. Ordo Hymenopterorum.
Germ. Ameisen. *Gallis* Fourmis. *Anglis* Pismire.

FORMICA thorace compresso, ferrugineo, capite, & abdome nigris, contrita odorem penetrante in spirat, examine chemico inter omnia animalia maximum acidi vim largitur HOMBERG. *Acad. des Scienc.* 1712. licet duplex sal habeat, acidum unum, alcalinum aliud, HIERNE.

Unciae tres formicarum mundarum 1mo. unciam dimidiam liquoris aciduli. 2do unciam dimidiam liquoris pellucidioris, magis acidi. 3to tres drachmas liquoris clarioris, etiam magis acidi. 4to spiritum minus acidum, cui iam olei, & salis volatilis aliqua pars admixta erat. 5to Sal copiosum in collo retortæ, largiuntur. Oleum æthereum inesse NEUMANN, etiam MARGRAF, *Acad. de Berlin* 1749. spiritu vini tartarisato solum solubile, phosphorum solvens, non acidum: etiam aliud unguinosum, pressione eliciendum, omni dote aliis oleis pressis simile. Acidum harum sali alcalino mixtum, salem medium constituit. Cæterum formicarum ova fere matura, ut etiam iuniores formicæ acidum non largiuntur NEUMANN.

USUS MEDICUS, totius nidi cum infecto, in paralysi, artuum tremore, atrophia, in balneo utilis, interne spiritus formicarum acidus magnum stimulans iisdem morbis, & ubi in parte, vel toto motus augendus, valens, gutt: viginti, ad quadraginta dosi. Externe etiam dolentibus a rheumatismo, arthritide partibus in declinatione illinitur.

LUMBRICI.

MILLEPEDES.

Huc refer ex diversis naturæ Regnis petita olea empyreumatica, quorum nonnulla interne, & externe administrari possunt; talia sunt

OLEUM SUCCINI.

LIGNI GUAIACI.

BENSOINI.

EBORIS.

UNGULÆ ALCIS.

CORNU CERVI.

SANGUINIS.

ANIMALE DIPPELII.

Atque hoc quidem ultimum, oleum est sanguinis vel cuiuscunque animalis partis empyreumaticum, destillatione solitaria duodecies abstractum, ad spiritus prope modum subtilitatem deductum.

Multum olim laudavit Author in epilepsia, arthritide vaga, podagra; utile in iisdem morbis etiam recentiores

com-



comprobarunt; ita in tuberculis post morbos arthriticos, in exostosibus, tophis, induratis glandulis, epilepsia symptomatica, & morbis spasticis, tam interno, quam externo usu BAUMER *Act. Acad. Mogunt. T. I.* Oculi suffusione in incipientem, eo curataim, confirmata imminutam, IDEM *Ibid.* Anodynum esse, & placidum somnum, etiam per viginti quatuor horas inducere cum euphoria, HOFFMANN *Observ. Physic. Chemic.* Post hos anodynum, antispasmodicum, discutiens, dia-phoreticum, tam interne a XV. ad XXX. guttas datum, quam externe spinæ dorsi inunctum. CL. VENEL in *Quaeftione IV. pro Cathedra Medica vacante Monspeliensi*, dixit.



QUERCUS, *Folia, Glandes, Cupulæ.* p. 17.

SULPHURIS SPIRITUS. p. 143.

VINA AUSTERA.

VITRIOLUM MARTIS, SPIRITUS.

p. 53. seq.

A N T A C I D A.

Quae acrimoniam acidam corrigunt, talia habentur.
Acidum infantum his corrigitur, maxime vero dia-
ta animali nutricis.

VICTUS sit ex ovis, carnibus, piscibus, canceris,
cannaris, maxime vero cancerorum & cannarorum
iunculis, de quibus in Bononiens. scientiar. & Art. In-
stitut. T. 2. P. I. Cl. viri BECCARIUS & MONTIUS
experimentis institutis reliquere, ab his syrum viola-
rum viridescere magis, quam ab aliis; hinc crustaceo-
rum iura ad sales acidos emendandos esse aptissima. Est
præterea in hac acrimonia in usu plantarum antiscorbu-
ticarum, vel similium, asparagi, brassicæ, napo-
rum vis.

POTUS optimus aqua.

A B S O R B E N T I A.

DENTALIUM TESTÆ Off. Obsoletæ.

CANCORUM CHELÆ Off. Entomologo-
rum. Classis Natur. Insectorum, Ordo Apter-
orum. Germ. Krebs Klauen. Anglis Crabs elaios.

CANCER brachiurus, manuum digitis atris, suas
officinis chelas, quas præparant, concedit, insipi-
das, calcareas, absorbentes, lapidibus cancerorum infe-
riores. Dosis a granis quindecim ad quadraginta.

CAN.

